## De annis fridariis

Nota astronomi posuerunt varios annos
fridarias planetarum qui habent effectum
ad longevitatem nati vite videlicet
maximos maiores medios et minores
Dicunt quod anni maximi fridarii saturni
sunt 465 Iovis 490 Martis
264 Solis 1510 Veneris 200
Mercurii 480 lune 520 Verum
circa annos nullus pervenit tempore
vero tamen sensu et sine fundamento
eos posuissent astronomi non ad eos
quos aliqui premisissent In quo tamen
mirum videtur quod tot anni plurimi attribuuntur
cum Augustinus dicat quod plures ad 900
annos vixerunt nec tamen ad mille
pervenit sed esse potuit quod aliqui perve
nerunt quos scriptura sacra minime
commemorat Item anni maiores saturni sunt
57 Iovis 69 Martis 57 Solis
120 Veneris 82 Mercurii 76 lune
108 Item anni vero medii saturni sunt
43 cum dimidio Iovis 45 1/2 Martis
40 1/2 Solis 69 1/2 Veneris 45
Mercurii 48 lune 66 1/2 vel secundum
quosdam 39 1/2 Item anni minores
Saturni sunt 30 Iovis 12 Martis
15 Solis 19 Veneris 8 Mercurii
20 lune 25 / Ex hiis patet annos frida-
rios astronomi dicunt quod si minores ali-
quis transierit ad medios pervenire
poterit Et si medios transierit aliquam
licet pauci ad altos annos pervenire

## De coniunctione

Nota coniunctionum una est superiorum tantum
planetarum superiorum alia est inferiorum
et etiam cum inferioribus planetis Coniunctio
vero superiorum est quadruplex ma-
xima maior minor et media/

Coniunctio maxima est cum coniunguntur tres
planete superiores saturnus Iupiter et
Mars Coniunctio autem est saturni cum
Iove / minor Iovis cum marte Media
saturni cum marte Magna autem est
coniunctio saturni et Iovis in principio arietis
que fit in 960 annis semel et hoc
secundum Albumazar et antiquos astronomos
Dicebam in aspectu quod tres partes per
Alkabicium differentia quarta sui introductorii
ubi dicit quod maior ex omnibus coniun-
ctionibus est coniunctio saturni et Iovis in
initio arietis Magna coniunctio eorum est
ut ibidem dicit in mutatione triplicitatis
et hoc in 240 annis semel cum in
unaquaque triplicitate duodecies id est fa-
ciunt in unaquaque triplicitate 12 coniunctiones
Deinde mutantur eorum coniunctiones ad triplicitatem
que hanc succedit Tertia est coniunctio saturni
et martis in initio cancri que fit in omnibus
30 annis Quarta est coniunctio saturni et Iovis
In unoquoque signo semel que fit in omnibus
20 annis

Nota quod coniunctiones maiores communiter sunt
efficaciores et fiunt rarius magis et ma-
xime mirabiles propter tarditatem motus
eorum quod nunquam fiunt aliqua istarum
coniunctionum sine aliqua magna et notabili
mutatione in hoc mundo Quibus concor-
dat Albumasar in libro de magnis coniunctionibus dicen-
tem ubi ait quod anni ubertatis et steri-
litatis fiunt per stellas permutatas in signis
diversis secundum climata septem et mor-
talitates gentium pestilentias regnorum
fiunt apud coniunctiones stellarum duarum
Saturni et Iovis per eorum permutationem
de triplicitate ad triplicitatem accidunt alia
magna Et in speciali loquendo de
coniunctione maxima trium superiorum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1354/0182
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG